

Societatem inuadendo. AMURATHES II. Mahometis F. cum regni amulum haberet Mustapham, qui Bajazethis filius credebatur, ad Graecorum regem Joannem, ad huc juvenem, misit oratum, ut neutri suspectus foret. Verum ille contra patris voluntatem Mustaphae ad iunxit, ac rem Graecorum in maximum discrimen adduxit. Chalcocomydas lib. 5.

Auxiliarios accersendo. ARNULPHUS Imper. contra regem Moraviae Zuentebaldum potentissimum ducem, cui tum pariter Boemi, Poloni, Slesiciae, laxavit claustra Ungaris, quae erant illis obiecta fortissima. Quibus laxatis, primam in subigendis Moraviae Ungari Imperatori operam navarunt. Sed ea magno post confutit Christiano orbi. Nam gravissimi incubuerunt Suevis, Bavaris Francis, & penetrarunt in ultima Saxonia, Breman urbem, & Ecclesias ejus incendio perdidit: nec quievit, donec ab Henrico I. Caesare caesi, se in Pannoniis continerent. Cranzius lib. 3. Saxoniae cap. 3.

Auxilia repudiando. Cum Galli nefandum latrocinium PROLEMEI Cerauni Macedoniae regis in duos Arimoes fororis, & Lyfimacho susceptos filios, quos nuptiarum praetextu cum fore in matris gremio interficere curaret, vindicaturi essent: ut stultus periret, xx. Dardanorum millia per legatos in auxilium missa reperdiat, actum de Macedonia dicens, si cum totum Orientem ejus terrae viti domissent, Dardanorum barbara ope ad se tuendos indigerent. Habere se filios eorum, qui cum Alexandro majore, terrarum partem armis subegissent. Venerunt interim ad Belgio Gallorum duce legati ad Prolemem, pacem pollicentes, si eam certo auri pondere redimeret. Tum ille audientibus legatis testatus est, metu percussus pacem a se petere, quam se Gallis haud quidem daturum respondit, nisi armis traditis suis sibi regulos obfides dedissent. Riserunt Galli vanam hominis fiduciam, paucisque interjectis diebus commisso praelio. Prolemes multis vulneribus confossus vivus capitur. Ipsius inde caput busto ademptum, atque hasta affixum Galli tota acie ad hostium terrorem circumtulere. Macedones & ipsi ad unum propemodum caesi. Sab. lib. 8. En. 4.

Auxiliarios dimittendo. AETIUS Valentiniani III. Imp. Dux, victo in campis Catalaunicis Atrila Hunnorum tyrano crudelissimo, veritus, ne delictis, ut opinabatur, Hunnis, Gochi, quorum fido auxilio usus erat, nimia insolentia efferrentur, Thorsimundo Theodorici regis in acie caesi F. suavit, ut domum repletes, regnum, quod fuerat patris, adiret, ne illud forte minor natu frater arripere. Ita ille, Hunnicco bello relicto, rex a suis acclamatus, in Aquitania est reverfus. Pariter etiam Sangibanus cum Alanorum, & Meroveus cum Francorum reliquos domum dimissi. Quod ubi Atrila audivit, dolam parari putans, sepe per aliquot dies intra castra continuit. At vero postquam explostatam rem habuit, letitia summa peritus, bene de se sperare instituit, ac Romanum dissiolutum jam cernens exercitum, e castris excessit, Rhenum trajecit, atque per Germaniam in Scythiam retrò incolomis abiit; non multo post reparatis viribus Italiam reperiturus. Sigonius lib. 13. Imp. occid.

Acie instruendo. Ex Titul. Hostem Acie instructione sustinere, exempla huc transferantur. Illic Prudentiam ejus, qui instruit, hic Imprudentiam alterius, contra quem instruitur, consideramus. FRANCISCUS Mantuanorum princeps, Venetorum Imp. cum Carolum VIII. Franciae regem instructa acie procedere cognovisset, copias omnes ita disposuit, ut ex his novem acies efficeret: quarum quinque equitum cataphractorum essent, tres militum, equitum levis armaturae una: Quae res impetum exercitus imminuit: nulla enim carum satis virium ad hostem propellendum habuit. Bembo lib. 1. Venet. bist.

Acie instruendo. Praelio ad Cunaxa commisso, in quo Cyrus ab Artaxerxe Persarum rege fratre victus, & caesus est, videtur Clearchus Lacedaemonis omnia perturbasse. Nam si Graecis XII. IM. in media acie regi opposuisset, Graecorum impetum Barbari non sustinissent. At cum, ut securè dimicare, dextrum cornu fluminis applicat, Barbaros quidem fudit, at Cyrum victoriae suae fructu privavit. Plut. in Artaxerxe.

Vires distrahendo. Consule locum Stratagematum, Hostium exercitum distrabere. Illic Agensis, hic Patientis habetur ratio.

P. & Cn. Scipiones in Hispania duos exercitus conjunxerant, ut Hadrubalem, quem censebant in Italiam transiturum, impedirent. Ad hoc credebatur satis virum, cum ad eorum exercitum, & potentias accessisset viginti millia Celtiberorum, qui transacta hinc ad arma fuerant concitati. Duces Paenorum erant duo Hadrubales, quorum alter maximus erat Paenorum dux in Hispania, Amilcaris filius, & frater Hannibalis, alter Hadrubal Gilconis filius, & Mago Amilcaris filius, qui etiam tres exercitus jungeret statuerant. Propior Romanis erat Hadrubal Amilcaris, ad urbem Astorgum, quam imperatores Romani maxime obtinere cupiebant, & Hadrubalis Amilcaris filii exercitum delere: rati, si illum frangere possent, facile alterum Hadrubalem, & Magonem perdevia, & saltus fugere compulsiuros. Itaque copias in duos exercitus divisere, ut scilicet P. Scipio duas Romani exercitus partes affumeret dimicaretur cum Magone, & Hadrubale Gilconis filio: Cn. vero Scipio cum reliqua parte adiunctis Celtiberis bellum adversus Hadrubalem Amilcaris filium gereret. Hadrubal cum confixisset inminutum exercitum Romanorum, ut solumque vim exercitus Cn. Scipionis consistere in Celtiberis, quorum Duces ex diuturno bello, atque consuetudine linguae cognoscebat, cum eis pacificum, ut in patriam revertentur, atque copias inde abducerent. Cn. cum nec ibi tutus esse posset, nec etiam fratri obditantiam se conjugere, retrò exercitum duxit. Interdè Mafinilla rex Numidarum, focus Carthageniensium factus, valido Numidarum exercitu, P. Scipionem diebus, ac noctibus premebat. P. ergo cum propemodum obfideretur, audax consilium cepit, & nocte hostem, sed minime imparatum, aggressus, dum strenue rem gerit, lancea trajectus occubuit. Nec mora, victoriam persecutus hostes, Hadrubali Amilcaris se conjungunt, & Cn. triplici exercitu adiungunt. Perunt aliqui ipsum Cn. in primo congressu, ac impetu mortuum fuisse: quidam vero, eum in propinquam turrim cum paucis effugisse: quam circumdatam, cum nulla vi posset superare, igne toribus succenso, cum ipso imperatore, omnibusque, qui intus erant crematam dicitur. Sicque Cn. tricesimo die post Publii fratris obitum interfectus est. Jo. Gerund. 15. Paralip. Hispan.

Pugnando, Invaadendo. CALLICRATIDAM regem Spartanorum cum vates oraret, ut mortem declinaret, quam denunciarent ad eam: Non in unius animi, respondit, postquam Spartam stultè admodum. Si quidem cum pugnavit, unus erat, & cum navigaret, vel stipendia faceret Callicratidas: sed cum dux esset, vim erat in se complexus universorum: Ita unus jam non erat, qui cum tam multa simul corruerent. Plut. in Pelopida.

Pugnando, Invaadendo. GILIMER rex Vandalorum, postquam Belisarius in Africam exercitum duxit, extemplo Ammatam fratrem, qui Carthagine erat, per literas monuit, ut Hildericum regem a se dejectum occideret, ac sese cum Vandalis advenientem Belisario ad decimum suburbanum obileret. Gibamundum vero fratris filium cum alia manu a latere iussit adoriri. Ipse sibi cum suis impressionem a tergo adiecit. Itaque Belisarius, postquam ad Decimi angustias pervenisset, facile Gilimeris copias incerpit, ac deleri consilio potuit, nisi Ammatas ante pugnam horam, deterior militum parte assumpta, cum Joanne Belisarii duce praecedente immaturè congressus, partem victoriam, ac prope praesentem interpellasset. Nam ejus casu perterriti milites non ipsi solum praecipiti se fugam mandarunt, sed reliquos etiam, qui subsquebantur, terga dare majoris mali timore percussos compulerunt. Quam eladem Gibamundus etiam cumularit, qui cum Hunnis congressus, omnibus suis amissis, aufugit. Cum autem eodem tempore Belisarius, & Gilimer cum suis uterque copias diversis partibus ad Decimum congressisset, Gilimer ubi in campum digressus, Ammatæ fratris cadaver est conspicit, ingenti dolore ictus, animum ab hoste ad sepulturam avertit, ac spatio Romanis ad se comparandum concessit, pulcherrimam alteram rei bene gerendae occasionem amisit. Inde cum in campum Bulae Numidiam versus abisset, Belisarius Carthagenim occupavit. Praelio ad Tricarannum victus, in monte extremo Numidiae Puppis obfessus, atque captus est. Sigonius lib. 17. Imp. occid.

Pugnando, Invaadendo. PATEONZIUS Jave majoris regulus 300. navium classe Andradium Lufitanorum Ducem 16. tantum naves habentem, an. 1513. adortus, commisso praelio cum classis suae magnam partem dissipatam cerneret, quatuor naves maximas ita cum sua conjunxit, ut cum binæ utrinque consisteret, ipse medium locum

Pugnando, Invaadendo. JULIANUS Apostata, suadentibus proximis, ut aggredere-tur saepe fallaces, ac perfidos Gothos, Hostes se querere meliores dixit: Illis enim sufficere mercatores Galatas, per quos ubique nullo conditionis discrimine venderentur. Sigonius lib. 6. Imp. occid.

Terrendo hostem. XERXES ut terrorem sui Graecis inlinceret, Hellepontum ponte junxi, Athon montem perfolium navigari iussit: de natura reum victor, de hominibus mox triumphum ducturum videretur. Diad. lib. 11.

cum tuetur. Ineat, quod roboris erat exercitus, traduci iussit. Reliquias deinde, quae integre restabant, in ordinem cogi, & inter se conjungi praecipit, ut ita facilis Lufitanorum impetum a se reprimere. Stant deinde, ut reliquae naves eas quinque, quae in mari munissimè arcis instar habere videbantur, circummeret, & quoties urgetetur, in illud firmiffimum, ut existimabat, pugnae illius propugnaculum se recitum, unde rursus possent in Lufitanos erumpere. Hoc tamen, quod Pateonzius existimavit sibi salutem allaturum, exitio fuit. Primum enim reliquae naves fortium hominum robore nudatae, periculum arcerè minime poterant, Praeterea cum se archissimè conjunxissent, praelio naves hostiles partim depressas, partim vulneratas, & mutilatas, partim in fugam conversas sunt. Orosius lib. 8. rerum Emmanuelis.

Invaadendo. In acie Pharfalica Cn. Pompejus hostes vidit consistentes, & signum in ordinibus suis expectantes: contra suos maxima ex parte non tranquillus, sed imperitia fluctuantes, cum luctuantibus: timuit ne mox commisso praelio profusus distraherentur. Itaque imperavit antesignanis, ut in prociudenti, atque in vestigio starent, atque sic exciperent hostem. Id consilium reprehendit Caesar: quippe cum idem ostendit ex incurso vehementiam remississe: ac dum infestum aufert impetum, qui in primis milites in concurrente cum hostibus ardore, & alacritate implet, cum clamore, & cursu incitat, languorem, & temporem induxisset suis. Plut. in Pompejo.

Invaadendo. CONSTANTINUS Scotorum Rex contra Danorum ducem Hungarum pugnavit, suis mandavit, ne ruerent praecipites in hostes, sed hostem in se incurere patenterent: ratus eo Danorum vim citato gradu, ut ingentibus erant spiritibus effractum iri, distractosque, ita & lassitudo confectos, dispersosque adorturus. Fregit id consilium Scotorum alacritatem, & impetum: cum alioqui ingenti clamore & sibi animos, & hostibus terrorem iniicere conseruerent. Dani in medio spacio cursum represse, inde latero passu in hostem movere. Caprus Constantinus Rex, & securi percussus: x. Scotorum milia caesa. H. Boet. lib. 10.

Fugam impediendo suorum. EXPUGNATA ab MAHOMETO VII. Turorum Rege Constantinopoli, Graeci fuga in portum ad Venetorum, & Genuensium naves secebantur. Id conspicit urbis Janitores, ut eos ad pugnam redintegrandam cogere, & clavos de muro extra urbem proicerent. Hoc consilium fuggerat oraculum quoddam in urbe decantatum, fore videlicet, ut cum hostes venissent usque ad civitatis locum Tauri didum, oppidanos cum conversos, necessitate sic urgente, hostem expulsiuros. Viri mulieres, libe-rique in magnum Sophiae templum confluentes, miserè ibi trucidati sunt. Chalcocomydas lib. 8.

Invaadendo. SIGISMUNDI Austriaci exercitu, ob non numerata stipendia dilapso, Veneti occasione utendum rati, Tridentum occupare cogitant. Tridentini adjuncto Georgio Petraplanæ principe, illis mature occurrunt, atque ingenti caede utrinque facta urgentibus Germanis, cum suorum globo ducem Robertum Severinatem in flumen delictum, perimuntque, reliquos perterritos in fugam agunt, & ut pontem Athesi fl. impositum petant, compellunt. Id conspicit Andreas Burgius, praefectus militum, sperans, si pons recindatur, fore ut milites, equisque, ablata fluminis transiendi facultate, continerentur, seque in hostes necessariò converterent, accurrentes solutis retinaculis pontem propulit. Quae res in contrarium, atque D. ipse existimaverat: vertit. Qui enim fensel fugae se mandaverant, ea spe, ut si flumen transire possent, in tuto se crederent futuros, ubi pontem sublatum viderunt, plerique omnes se in flumen praecipitarunt, & armis, equisque accessissent, atque impliciti perierunt. Bembo lib. 1. Venet. bist.

Non aggrediendo. JULIANUS Apostata, suadentibus proximis, ut aggredere-tur saepe fallaces, ac perfidos Gothos, Hostes se querere meliores dixit: Illis enim sufficere mercatores Galatas, per quos ubique nullo conditionis discrimine venderentur. Sigonius lib. 6. Imp. occid.

Terrendo hostem. XERXES ut terrorem sui Graecis inlinceret, Hellepontum ponte junxi, Athon montem perfolium navigari iussit: de natura reum victor, de hominibus mox triumphum ducturum videretur. Diad. lib. 11.

Hostes non persequendo. Apolloniz in Epiro Cn. Pompejus C. Jul. Caesaris castra oppugnabat. Fugientibus Caesarianis, adeo res deploratae Caesaris erant, ut cum Pompejus, sine suspitione aliqua, sine fortuna non esset tam eximium actum profectus, sed compulsi intra vallum is, qui fugiebant, recepti occinisset, diceret discedens Caesar ad amicos: Hodie penes hostes victoria erit, si haberent vincemtem. Ergo mutato consilio, influit in Macedonia contra Scipionem ducere, ut Pompejum, quam longissimè à mari traheret, ne a classe subsidium habere posset: Sic tandem in campis Pharfalicae victor, bello finem imposuit. Plut. in Caesare.

Hostes nimium instando. Huc etiam Tit. Pacem stultè repudiare, referri potest, quatenus hostis nimium urgetur. Contra Antigonom Asiae Regem, & Demetrium Poliorcetem ejus F. qui rebus maximis gestis Graeciam à Castandro liberaverant, & successibus clari reliquos omnes praese contemebant, conspirantur reges omnes Alexandri successores, Ptolemaeus Aegypti, Seleucus Babyloniae, Castander Macedoniae, Lyfimachus Hellepontus. Demetrius, qui plurimos, & delectissimos equites ducebat, concurrat cum Antiocho Seleucii filio, atque usquequodam profligavit hostem, praeter certavit, sed hostium tergis insolenter, & ambitiosè instando labefecit victoriam. Neque enim regressus conjugere se peditatu valuit elephantis interjectis. Cernens autem aciem Antigoni Seleucii nudatam equitatu, non irruit in eam, sed irruptionem militans circumvectus est, ac potestatem militibus fecit transeundi ad se: quod evenit. Magna enim pars abrupta transitionem voluntariam ad illum fecere, reliqui dederunt terga. Petente Antigonom ingenti hostium globo, cum quidam ex his, qui circa eum erant, diceret ei: Inte hi Rex: Quo vero proposito, isti, inquit, me petunt? At Demetrius supplicat venit, idque usque ad extremum expectans, & respectans filium grandine in eum coniecta telorum, occubuit, aliisque comitibus, & amicis eum relinquibus, solus apud cadaver Larissaeus Thorax remansit. Ita praelio decreto victores Reges totum imperium, quod Antigono, & Demetrio parebat, sicut magnum corpus disceptum diviserunt inter se, illorumque provincias conjunxerunt suis, quas ante egebant. Demetrius quinque milibus peditum, & quatuor equitum fugam cepit. G. Plut. in Demetrio.

Urbes oppugnando. PHILIPPUS Rex Macedoniae, cum prodicione civitatem Melitiorum occupaturus esset, dupliciter erravit. Nam & scelas non satis longas attulit, sicut necessitas requirebat, deinde & tempus non servavit. Cum enim circa medium noctem venturum se constitulisset, ante tempus exercitum Larissa movit, & in agrum Melitiorum maturus venit: cumque scalarum commutationem non haberet, nec per portam ingredi posset, quod conjurati, quos in civitate habebat, tempore exclusi opem illi ferre nequirent, multis suorum amissis, cum dedecore reversus est. Polybius Hist. lib. 9.

Flumina derivando. HENRICUS Saxonum Dux, Diminum Sclavorum oppidum obsidens, cum expugnationem dubiam difficilemque animadverteret, annem, qui castra sua à mœnibus dividebat, transverso deduxit alveo. Quo facto hostium muris summam defensionis opem conciliavit, praesidium ejus longiore licet cursu pro oppugnatione molitus. Ea re effectum est, ut actam astate obligationem autumnò ingloriosolveret. Saxo lib. 14.

Pontem rescindendo. ANDREAS Burgius pontem Aethenium rescindens, Venetos magna affectu clade imprudens. Vide Tit. praecedentem. Stulti in fuga suorum militum impediendo.

STULTITIA IN JUDICANDO. EXTRA BELLUM. JUDICES stulti, tam privati, quam publici: SUSPICIO stulta, ERROR judicij. Ex Tit. Suspicionis huc ea, quae falsum de alienis bonis, malisve judicium continent. RESPECTU RERUM CONSIDERATARUM. PER SE. JUDICIUM STULTUM DE Controversiis, Litis, Sententiis, Judices stulti. De Judicibus stultis primo libro hujus Voluminis egimus generatim. Hic ea tantum, quae ad Senatus vel Fori, vel concionis controversias pertinent. Apud Perlas pueri varias inter se lites in Justitiæ schola exercebant.



exerceret. Acciderat tale quid. Puer grandis, cui tunica parva erat, puerum alium parvum, cui magna erat tunica, exiit: ac fuit quidem illi circumdedit, illius autem ipse vestem induit. Iudex his Cyrus, etiamnum puer, datus, utriusque melius esse pronuntiat, si quisque tunica sibi conveniente uteretur. At hic cum verberibus magister cecidit, cum diceret, ita cognoscendum esse, si quando de eo, quod cuique conveniret, iudex constitueretur, cum vero iudicandum foret, utrius sit tunica, tum nimirum spectandum esse, quae possessio iusta sit, eumne, qui vi rem abstulit, an qui fecit emitte, æquum sit possessorem esse. Deinde subiiciebat, id esse iustum, quod legibus contentaneum foret: quod autem legibus adversaretur, violentum putari debere. Quare iudicem secundum legem sententiam ferre iubebat. *Xenophon, de Institut. Cyri, lib. 1.*

**A.** Id Atheniensibus fato datum erat, ut abusi ingenio, si quid publico concilio decernendum foret, in detergiorem partem plerumque statuerent, semperque, quod in discrimen adduceret, consilium sequerentur. Quare verbum Anacharis fuit, Sapientes in concionibus sententiam dicere apud Græcos, stultos vero diiudicare. *Alex, lib. 4, cap. 11.*

**B.** Tum crudele fuit Constantinopolis excidium, ut Illiulionem, ditum Byzantii calamitatem multi crediderunt, Græcis Barbarorum vi percutibus. Romani quidam constanter asseverant, ultionem apprehendisse Græcos, propter ea, quæ Barbaritas fecerunt in illi destructione. *Cbalcondylas lib. 8.* Adfurditatem vero iudicis, quis non miretur? Grammatico potius, quam Christiano historico convenientis?

Metalli fodinis.

Fama aliquando sparsa est apud vulgus Atheniense, in Hymetto multa ramenta auri conspecta esse, quæ fornice pugnaces custodirent. Illi vero arreptis armis, contra eas excurrerunt. Cum vero re infecta redissent, frustra que afflictati, alii alios deserunt, dicentes, *οὐδ' ἄν χρυσοποιῶντες* hoc est, Tu putas ramentis multis collectis, te aurum futurum, ac evasurum divitem. Cum deriderentur itaque à Comitibus, Eubulus ait Nos aliquando Atheniensibus persuasimus, ut armis arreptis in Hymetrum exirent. *Suidas.*

Epistolis.

Fama est, cum gravissima res de Catilinæ conjuratione, quæ penè Remp. evertit, tractarentur in senatu, dissentientes fuerint M. Catonem, & Cæsarem commissos fuisse: interea parvum epistolam foris allatum cum Cæsare submisit legeret exclamasse: Catonem, indignam rem esse, quod ab hostibus Cæsarem nuncios, & literas acciperet. Cum multi obstreperet ei, atque id eò tabellas Cæsari, ut acciperet, traderet Catoni: illum lectam foris Servillæ (quæ Bruto nupta erat) lascivam epistolam abiecit ad Cæsarem, ac dixisse, Cape, temulente: mox ad sententiam, & orationem de integro fuisse reversum. Usque adeo Servillæ fuit in Cæsarem pervagus amor, ut M. Brutum Cæsari Dictator clarissimum habuerit, quod cum ex se natum arbitraretur. *Plut. in Bruto.*

Linguis addiscendis.

Quidam cum à parentibus missus esset in Galliam, ut Gallicè diceret, cum illic egisset quadriduum, querebatur apud suos, quod nondum loqueretur Gallicè: putans hanc vim habere solum ipsum, ut quisque adisset Galliam, illicò Gallicè loqueretur. *Erasmus in Adag.*

Cædis causa.

**D.** RAGUELLIS Ancilla, Saram ejus filiam septies viduam, & adhuc virginem, virorum suorum interfecit causa est appellare, quos tamen Deo volente à demonio prælocatos tradit Scriptura, ut illa tandem Tobiam Deum timentem integra, inviolataque ferveretur. *Marul, lib. 5, cap. 1.*

Mirum in modum superstitiosus scripserat PAUSANIAS penè putat. C. Caligulam, sevisimum principem, necatum, quod Cupidinem illum fama celebrem, propter quem Thebæsiæ visabantur, sustulerit (Quæ res etiam exitum attulerit Neroni, qui in suas sedes illum reportatum iterum demolitus inde sit) Et enim Deum illum mente dedisse stultissimo Imperatori, ut Cassium Chæream tribunum contumelia irritaret, cum semper signum illi petenti daret obsecrum, cum ludibrio quodam, & contemptu. Unde ille tantam contumeliam ferre non potens, ultus est iram suam necesse Imperatoris. *Vitaris lib. 18. Rer. Læd. cap. 21.*

Vitiis.

LYCORGUS, Thraciæ Rex, Driantis F. cum multis ex vino insanientes videret, circumiens vites securi excidit. Quod ejus

factum *Plato 6. de Legib.* improbat, Neque enim vites excidere debebat, cum ex vino utilitas maxima percipi queat, sed E fontes potius proprius ducere, *vel quædam sunt vites, quæ vitiis non sunt, quæ vitiis sunt, quæ vitiis sunt, quæ vitiis sunt.* *Plutar, in lib. de Audiendis poësis.*

Avium garritu.

PSAPHON despectissimus, & ultimæ notæ homo, quod vocales aves hæc verba eloqui docuisset, Magnus Deus Psaphon, apud rudes Populos in deorum numerum relatus. *Alex, lib. 6, cap. 4.*

QUO AD HOMINIS ANIMUM DE HOMINUM MORIBUS, INGENIO.

Vide Tit. Indoles non cognita.

**A.** VITELLII cum ventri esset deditissimus, à Galba inferiori Germanicam provinciam adeptus est, contra omnium opinionem Cogiabat enim Galba nullos minus metuendus, quam qui de solo victu cogitant: cum epularum largitas minime cum sapientia copuleretur. Et quemadmodum aliena virtus Regibus est formidolosa, ita desidia minime metuenda. *Pu. F. Tabant plerique Vitellium à T. Junio adpultum, qui sub Galba potentissimus erat, ad eum magis contemptu, qui sub Galba electus: Ceterum opinionem longè falsus est. Suet.*

SOLYMANNUS, Selimo parte mortuo, imperium suscepit. Videbatur mitis agnus rapido leoni successisse, quod ipse juvenis rerum imperitus, ac natura (ut ferebatur) quicquid esset: quæ tamen falsa opinio multos, atque inter eos Gazellem Syriæ præfectum præcipuè sefellit: qui desuncto Selimo, cui se juramento devinxerat, veluti jam liber, Syriam sibi subijcere proposuit. *Jovius in Solymano.*

Prudentia, Astutia, Stultitia.

HERODES Rex Judæorum stultus, demens, & delirus, pro stolido Christum à se dimisit, cuius vita ab solutissima fuit virtutis idea, quique æterni Patris sapientia dicitur esse. Sed omnium temeritas, & stulticia mala, regum vero pessima: vel quia impune peccent, vel quod ad exemplum multo efficacior sit, quam privata. *Sab. lib. 4, cap. 9.*

Est sibi ipsa existenter oblocinata Attica civitas, à Pisistrato decepta. Diverberavit se ille domi, ut crederetur injuria ab inimicis affectus. Quo astu tenuit, ut præsidio septus in publicum prodiret. Sed dum privatæ salutis studiosus caret, credula multitudo publica oblitia est. Usus concessis armis est Pisistratus, non ut civis, sed ut hostis: non ut teegeret, sed ut patriam affligeret: dubium majore fallendi artifice, an carnifex crudelior. *Idem ibid.*

M. BRUTI infamiam fidam Tarquiniū dijudicare non potuerit: nec prius sapientem illum cognovit, quam regno ab eodem fuere exuti.

Fortitudine, Audacia, vel timiditate.

Consule Tit. confidentia nimia, quatenus suis viribus, suoque robori plus quam deceat, aliorum minus, quam deceat, tribuunt.

SYBARTA mollis homo, cum Lacedæmonem venisset, & in publicis illas cœnas vocatus esset, cum & ipse in robore accumberet (*οἱ δὲ ἔδωκ*) ut reliqui, inquit: Se ante obstupuisse, audita Lacedæmoniorum fortitudine: nunc vero cum instituta ipsorum videret, nulla re aliis meliores judicare, nam ignavissimi etiam quique optaret mori potius, quam vitam illam ducere, atque in tot malis perdurare. *Atben, lib. 12. Dipsosiph. & Plut. in Pelopida.*

Quantum Romana civitas in Q. FABIO Maximo oblocinata est, tantum nec minus in Minutio: in hoc temeritatem pro fortitudine complexa, in illo prudentiam pro timiditate graviter averfata. Una tamen nota docuit, multitudinis esse proprium nihil sapere, temereque judicare: ut ubi consilio opus est, eventum requirit. *Sab. lib. 10, cap. 2.*

Cassitate, libidine.

Consule Tit. Zelotipie, quatenus alieno pudori improbe diffidit. *Item Tit. Astus, Anaxor.*

Quisde Lupo Senonum Episcopo non male opinaretur, si eum præcessoris sui filiam virginem, jam ad ultam (quam juxta se educabat) tenerimè diligere confexistet, & quanta ille sanctitate polleret, ignorasset. Sed profectò, neque nota sanctitas obstitit, quin aliquando Domestici ejus ipsum nimis in puellam amoris inter te taxarent. Quod ipse reficiens, coram omnibus evocatum osculo excepit, dicens. Non offendunt obloquentium verba, quem propria non inquinat conscientia. *Quo-*

Quoniam autem virginis animum in Dei amore propensum cognoverat, eam ardentem quidem, sed corde sincero diligebat. Nihil pravum de ipso concitare debuerunt, quem irreprehensibilem totius reliquæ vitæ institutio testabatur. *Marul, lib. 5, c. 1.*

Quidam Alexandriae Vitali monacho de prostibulo egrediendi obviam factus, alam inculsit, quod ab eolibidinibus causam infamem locum frequentari diceret. Et statim ille à demonio correptus male torqueri cepit. Assiduus quippe ibi erat Vitalis, non libidinis causa, sed ut quæ se libidini prostituere, à tam turpi vitæ proposito revocaret. Ad singulas enim penetrans, oblata pecunia noctem pacificabatur: neque quicquam tota ea nocte aliud quam dolenter ingemiscere, & Deum pro salute perditæ mulieris deprecari, ita alias ad Deum convertere, alias saltem eo tempore, ut à scelere cessarent, compellere. Quæ res tunc clarius patuit, cum post vindictam divinam in percussorem miraculum, illæ ipsæ mulieres, apud quas aliquando pernoctaverat, palam confiterentur: atque idem percussorem suum miseratus, oratione sanitati restitueret. Joannes Alexandrum Episcopum delatoribus ita fidem adhibuit, ut nec Alexandrum virum nec in lupanariis quidem impudicè versari crederet. *Idem, & Sabell, lib. 10, c. 2.*

CLAUDIA, & TUTIA Venales, parum sanctæ suam tueri virginitem vulgo creditæ. Verum ubi & hæc navim vado remolita est, cinguloque adverso Iyberi pertraxit, illa aquam haurit cribro, concidit fama mendax, & quam stulte multi ex populo Rom. judicarent, tam dolenter, & afflictum suæ temeritatis penitentiam egerit. *Idem, ibid.*

HERODES Rex Judæorum accersit à M. Antonio ad dicendam causam de obiecto necis Aristobuli summi Pontificis crimine, quem per lulum in piscina natantem submergi curaverat: commissa regi cura Josepho patruo, clam ei mandavit, ut si Antonius in se gravius aliquid statuisset, confestim Mariamam interficeret. Sic enim hæc affectum erga uxorem, et etiam post ipsius mortem aliquid potiri contingat illius pleuritidine, ad suam id injuriam pertinere existimavit. Josephus id Mariamam detegit, hoc ipso summum Herodis amorem ipse commendatorem. Quod cum Mariamam Herodi reverso inter complexus aperuisset, suspicatus Rex ne fecerunt stupri consuetudine proditum, ipsum Josephum in conspectum quidem ipsum admittit interficere iussit. Nec multo post ipsam etiam Mariamam falsis criminibus adulterii, & veneficii circumventam interemit. *Josephus lib. 15, cap. 4. & 11. Antiq.*

DRUTERA Gallorum Regina, suspicione falsa inducta, propriam filiam interemit, quod eam à Theoderto marito amaritificaretur. *Fulg, lib. 5, cap. 8.*

Florentinus civis peregrè profectus, cum post annum, qua die domum rediit, uxorem parturientem deprehendisset, quæsit à vicina matrona, An filius sibi duodecim mensium natus posset? At illa stultitia hominis conspecta. Certe, inquit. Nam si mater ipso conceptus die animum forte viderit, more affine per annum integrum gestabit uterum. *Poggius in Facetiis.*

Sobrietate. Ebrietate.

Domini noster Jesus Christus Judæorum in judicando malitiam arguens: Venit, inquit, Joannes Baptista, neque manducans panem, neque bibens vinum: & dicitis, Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans, & bibens: & dicitis, Ecce homo devorator, & bibens vinum, amicus publicanorum, & peccatorum. Tales sunt, qui de omnibus male sentiunt, & quicquid egerit, vitio vertunt. *Marul, lib. 5, cap. 1.*

GERMANA, monasterii Thebaidis sorori, forori Euphraxie per hebdomadam interdum perducta jejunia, quæ admirari debuerat, vitio dedit: ausa dicere, iis ab illa nihil aliud quam viam affectari, ut cæteris præfret, eò quod hoc jejunii genus nulla antea præter Abbatissam attentasset. Tantam in judicando temeritatem Abbatissa nequaquam inpenitam dimisisset, nisi Euphraxia de se obloquenti protinus veniam suis precibus exorasset. *Idem.*

Cultu. Luxu.

EPHREM eremitæ columnam ignis ad cælum usque portectam viderat, audieratque tale esse magnum Basilium Episcopum: & hæc visio illectus, Cæsarem venerat, ut tantæ exhibitionis hominem oculis quoque consideraret. Sed cum fulgentem Epiphaniæ de Ponticali pompa in magno clericorum cœtu sollempni confexistet, ipsum elate superbiæ columnam esse censuit, non ignite charitatis. Vocem postea è cœlo de lapsa audivit. Multo plus ipsum voluptatis capere, selem, quam in cella sua habebat, manu demulcendò, quam Basilium Episcopum. *L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.*

copum sacris vestibus sese orando. Mox à Basilio accitus, cum ejusmodi cogitationis errorem sibi obici audivisset, cognovit Deum in eo esse, qui aliorum arcana ei revelaret. Prostravit ergo se, & peccatum confitens, veniam petiit: atque ita jam deinde, ut erat, de ipso definire cepit, quanto feliciter exteriori apparatu elatior videretur, tanto interiori humiliorum esse. *Marul, lib. 5, cap. 1.*

Cartusienfis cenobii Præpositus BERNARDO Clavallensi Abbati, cum ille ad ipsum visendum exprobravit. Attamen qui Deum magis quam equi phaleras animoolvebat, quale ephippium illud esset, cui insidens à Clavalle iter egerat, penitus ignorabat, & ab iis, qui secum venerant, Quale esset? querere cepit. *Idem.*

DIOGENES Cynicus ad philosophicum Platonis convivium ingressus, aula, & peristromata Milefia in terram dejecta pedibus conculcans: Calco, inquit, Platonis factum. Tum ille, Calcas, respondit, sed factu majore. *Laert. & Plut. Pietate. Cultu Dei.*

ANNAM Helcanæ conjugem Domino in Silo ardentius devotiusque supplicentem, cum considerasset Heli sacerdos, temulentam putavit: Usque quo ebria eris, inquit, digere paulisper vinum, quo mades. At ipsa à Domino exaudita, sterilitatis opprobrium fecunditate delevit. *Marul, lib. 5, cap. 1.*

MICHOX uxor Davidis, cum Regem Ephod lineo accinctum, & præ gaudio subfidentem coram arca Domini videret, deprexit, atque contempsit: levitatis adscribens, quod humilitatis erat, & magnæ in Deum pietatis. Ille ergo quod humilitatis erat, tantum gloriæ adeptus est. Ipsa vero perpetuè sterilitatis contumeliam tulit, ut se ejus conjugio indignam cognosceret, quem scurris comparandum existimavit. *Idem.*

Idolatria. Superstitione.

Rubenitæ, Gadini, & dimidia tribus Manassis, cum subacta jam terra sancta eis Jordanem, à Josue donum dimitterentur in Galaadidem trans Jordanem (eam namque terram portionem ex Dei mandato è Moyse obtinuerant) posteaquam ad ripam Jordanis, quæ est in Chananæa, pervenerunt, illic ingenti mole aram extruxerunt. Quod ubi reliqui Israelitæ intellexerunt, rati eos sacrificiorum causa eam aram extruxisse, contra Domini præceptum, Silente convenerunt, ut expeditione contra eos susceperet, propter idolatriam eos exfunderent. Præmiserunt tamen legatos, Phincem Eleazari Pontificis F. sacerdotem cum decem Principibus singulorum tribuum. Quibus cum causam aræ erectæ trans Jordanem exposuissent, non sacrificii, sed memorie æternæ causa extructam, necis Jordanem illius aliquando obicerent, nihil illis commercii esse cum religione Israelitarum acquirere viderent. Itaque eam aram vocarunt Rubenitæ Ed, id est, Testem, quod ea testis esset inter ipsos, & Dominum. *Josue cap. 22.*

CAMBYSES Rex Persarum, cum contra Æthiopes Macrobios exercitu ducto, magnam partem militum inedia amisisset, & Memphis reversus, omnes Ægyptios festum diem agere propter Apis apparitionem vidisset: ratus id in suam fieri contumeliam, quasi insultarent ei ob rem malè gestam, sacerdotes flagellari, Ægyptios feriantes interfici curavit, ipse gladio Apim lethaliter vulneravit. *Herod. lib. 3.*

Persidia.

Exempla plurima petantur ex Tit. Suspectos sibi invicem reddere hostes: quatenus suspicione injeclâ hostes decepti suis diffidant.

HANNIBAL à Petilia Africam classe repetens, freto appulsus, dum tam parvo spatio Italiam, Siciliamque inter se divisas non credit, veluti infidiosum cursus rectorem interemit. Postea diligentius inspecta veritate, tunc abolvit, cum ejus innocentie nihil ultra sepulchri honores dari potuit. Igitur angustus, atque æstuosus maris ex alto tumulo spectatrix statua, tam memorie Pelori, quam Plunicæ temeritatis, ultra citraque navigantium oculis collocata indicium est. *Valer. lib. 9, cap. 8.*

JOANNES Damascenus Hebræus, captus in litore maris à piratis Saracenis, & à Theodosio Imp. redemptus: cum in suspensionem conditionis venisset, dextra ei ablata est: (receptus enim erat in epistolarum magistrum à Theodosio) Verum postquam deprehensus fuit, qui literas proditorias stylo Damasceni probè expresserat, in honore apud Imperatorem fuit. *Volater, lib. 16. Anthrop.*



Corpus. De Forma.

A PARIS Priami F. iudex formae inter tres deas, Minervam, Junonem, & Venerem, a Jove constitutus, pomum aureum Veneri dedit, Helena formosissimam connubio pellectus. Quae privata seu stultitia, seu iniustitia Trojano excidio ansam dedit. Sic Euripides in Hecuba:

Ἰσθμῶν δ' ἔστιν, ἃν ἰδὼν κρινετο γυναικῶν μακάρων τὰ δα: ἀνὴρ βίβαν ἴμι δ' οὐκ ἔστιν ἡ γυνὴ ἰσθμῶν καὶ βίβαν.

Exercitatione.

Vettones Hispania pop. barbari, cum primam Romanorum castra intrantes, quosdam centuriones deambulationis causa in via progredientes reflecti cernerent, insanire homines suspicari sunt. Itaque eis viam ad tabernacula commonstrabant, quasi semper, aut quiescere, aut pugnare necessarium arbitrantur. Strabo lib. 3.

Indi occidentales, ubi saltantes conspexere Hispanos, attoniti eos tanquam curiosos inspicere: multoque amplius eos tam cito ad sese redire mirati. P. Cieza.

Fortunas. De Felicitate, Calamitate.

Chusfai simplicem illum, & rectum, Deoque probatum virum Job, eo quod calamitatibus opertus fuerat, iudicatum injustum. Ipsi Dominus inter adversa patientiam meritum exegerat, sed falsi rerum existimatores, non habentes in quo eum manifesto arguant, oculi criminis eum putant, quia in miseris vident. Marul. lib. 5. cap. 1.

Opuientia, Divitibus.

M. CRASSUS neminem censebat, vel praedicabat divitem, qui suis fructibus exercitum alere non posset. Atqui bellum, ut ait Archidamus, certum modum non habet pabuli. Itaque opes ad bellum definiti nequeunt. Sed dives ille, cui in suo vita genere necessaria suppetunt. Plut. in Crasso.

Dignitate ordinum.

SIGISMUNDUS Imp. dum Concilio Basiliensi praeset, habit in aula sua Iureconsultum Georgium Ficellinum, quem paulo ante ad ordinem equestrum provexerat. Is caeteris, ut in C. consilio sit, in partes deliberandi gratia per ordinem descendit, ad equites conat. Quod intuens Sigismundus: Ne tu, inquit, Georgi, nimis ridiculus es, qui militiam literis anteponis, cum seias, ex idiotis me vel sexcentos uno die equites creare posse: at ex eodem genere, ne unum quidem per totam vitam meam doctorem. Dubravius lib. 25. & Aeneas Sylv. lib. 4. Com. in Reg. gestas Alfonso.

Fama nominis.

M. TULLIUS Cicero, cum Romae multos adolescentes nobiles, quod se contra disciplinam militarem gessissent, accusatos egregie defendisset: elatus eo, e Sicilia Romam contendens, in Campania incidit in quendam ex primoribus, quo cum sibi existimabat intercedere gratiam: Quis sermo esset inter civem de rebus suis gessit, & quid sentiret? quare respondente illo: Tu vero, Cicero, ubi hoc spatium fuisti? Animo plane incidit, quod mentio sui in urbem tanquam in vastum incidens pelagus, nihil se ad gloriam reddidisset confectorem. Avebat enim supra modum celebrari, tenebaturque eum perpetuo cupiditas immensa gloriae: qua multa eius praecara consilia frequenter interpellavit. Plut. in Cicerone.

Amicitia.

CN. Pompeius, cum in tractanda Rep. M. Catonem sibi adversum fore videret: nepotes ejus sibi, & filio in matrimonium dari petiit, quo mitigaret Catonis animum. Verum Cato simpliciter hanc familiaritatem repudiavit, timens, ne si consanguinitatem cum Pompejo fuisset propinquitatem, etiam in ambitionis suspicionem veniret, eaque aspergeretur. Sed ex eventu apparet in totum errasse Catonem, qui assinitatem hanc non iniecit, sed permisit eum devolvit ad Caesarem, & conciliare nuptias, quae Pompeii, & Caesaris opes in unum contrahentes penes everterent Romanum imperium, Rempub. certe extinxere: quorum fortasse accidisset nihil, nisi leviter veritus Pompeii offensa Cato, in maximis convivisset, ut adungeret fecalium potentiam. Plut. in Catone, & Pompejo.

RESPECTU PERSONARUM JUDICIUM STULTUM DE.

Deo.

SIMON Phariseus, apud quem Jesus o. m. discubuerat, eum non esse Prophetam, inde suspicabatur, quod se a peccatrice muliere tangi permitteret. At misericors Dominus secretas ejus cogitationes in medium profertens, mulieri peccata palam dimisit, ut se non solum prophetam, sed etiam Deum esse probaret. Luc. 15.

Diis.

ALEXANDRO M. TYRUM obsidente, quidam visum hujusmodi sibi apparuisse narravit, tanquam Apollo dixisset, Tyriam urbem sibi defendendam esse. Id ipsum cum ab eo homine in Alexandri gratiam confidum fuisse plebs suspicaretur, jamque lapidibus eum impetere juniores quidam vellent: a magistratibus subtrahit ille e medio, in Herculis templum confugit. Sed nihilo magis Tyrii ejus rei superstitione se exsolventur, qui catenas aureas Apollini signo iniecerunt: ita impeditum non amplius ex urbe posse cum demigrare censes. Capta urbe, Apollinis catenas aureas & compedes ad Tyriis iniecit Alexander detraxit, atque Philexandrum appellari iussit. Herculi magnificentissimum sacrificium petegit. Diod. l. 17. At Plut. in Alex. catenas istarum iniecit, & clavibus affixam fuisse, & per contumeliam Alexandri fauorem appellatam affirmat.

DECIVS Mundus adolescens Rom. Paulinae matronae honestissimae amore captus, per anum quendam sacerdotem Idis corruptus, ut mulieri persuaderet, deum Anubim forma ejus captum: eam ad coenam, & amplexum appellare. Paulina, cum ea de re multos sermones cum marito habuisset, ab eo impetravit lata, ut in templo Idis una nocte obdormiret. Venienti in templo paratur lectus a sacerdote. Supervenit Decius, res denique ita comparatur, ut Paulina se crederet a Deo complexam, atque id non celabat, vel maritum, vel alias sibi notas, atque familiares vicinorum matronas. Tenebat omnes summa admiratio: solaque puer faciebat eximia, probata & experta Paulinae pudicitia donec triduo post Mundus insultans mulieri, fucum factum obiceret. Josephus Antiq. l. 18. c. 4.

Alexandriae sacerdos SATURNI, Tyrannus nomine, quasi ex responso numinis, & adorantibus in templo, nobilibus quibusque, & primariis viris dicebat, Saturnum praecipisse, ut uxor hujus, vel illius pmoctaret in templo. Tum is, qui audierat, gaudens quod uxor sua dignatione numinis vocaretur, exornatam, & domariis onustam conjugem mitrebat G. Templum. Tyrannus clausis januis, & traditis clavibus, discedebat: mox per occultos meatus intra Saturni mifacrum irrepibat. Per hoc alloquebatur variis modis mulierem supplicentem, & arte quaedam repente extendit luminibus descendens, confirmatam mulierculam comprimebat. Euseb. l. 11. c. 25. Hist. Eccl.

Populis.

M. CATO ad filium sic scribit: Dicam de istis Graecis suo loco, Marce filii, quid Athenis exquisitum habeam, & quod bonum sit eorum literis inspicere, non perdiscere. Vincam nequissimum, & indocile genus illorum, & hoc puta vatem dixisse: Quandoquidem ista gens sua literas habet, omnia corrumperet. Tum etiam magis, si Medicos suos huc mitteret. Ceterum vatum hoc ipsius praefugium fuisse, eventus docuit. Nam tunc primum Roma ad rerum culmen evasit, cum omni se Graeciae eruditioni deditisset. Plut. in Catone, & Plin. lib. 29. cap. 1.

Principibus.

AGRIPPINA Neroneum filium deterruit ad studio Philosophiae, H quod existimaretur inutile gesturo principatum. Suetonius. Gothorum fuit institutum, ne literis imbuerentur Reges, quod ille longo ab fortitudine intervallo absentes, ac magnanimitate: quin item effeminati potius animos, remollitque ad timiditatem dilabi. Caesius l. 8. c. 1. A. L. Eapropter Amalafuentam Reginam suam, Theoderici Regis Italiae F. femi-nam doctissimam, impensè oderant, quod Atalaricum F. studiis literarum effeminaret.

Mortuo HENRICO VI. Imper. Principum Germanorum alii Othonem IV. alii Philippum elegerunt. Otho in Pictavia militabat Joanni Regi Anglorum avunculo suo. Evocatus per legatos Coloniam deducebatur. Tum Philippus Augustus Francorum Rex fertur irrissile transivisse, & dixisse: Si mihi det designatus iste suum quo vehitur gradarium, ego illi postquam regio potius erit, tres civitates in Francia dabo, Parisios, Scampes, Aurelios. Qui sermo cum ad Othonem pervenisset, Regi misit equum optimum, ceu arrhabonem promissi. Multis utrinque praesiliis varia fortuna gessit, tandem caesus Bambergae.

berga per Othonem Viciispachium Philippus, Otho solus rerum potius est. Crantz. lib. 15. & 29.

Edixerat HENRICUS Leo, Saxoniae Dux, provinciam in Ertenborg conventum Vandalis, & verba fecerat ad regulos super Christianismo suscipiendo. Ad quem Nicotus Regulus Obotritorum ait: Sic Deus (quem nos quoque in caelis regnare credimus) Deus tuus: tu vero esto Deus noster, & sufficit nobis. Cole tu illum, quem nos vobis venerabimus, nos te venerabimur. Arridens corripuit eum Dux de verbo stultitiae pleno. Esti hoc videbatur etiam Nicotus velle, immunitatem tributorum relaxandam esse: ii relaxatis, facile religioni cervices submissuros Vandalos. Crantz. lib. 4. Vand. cap. 24. & 25.

BAJAZETES Turcicus Imp. dicebat, Ferdinandum Hispaniae Regem, qui Christianorum prudentissimus haberetur, minime sibi sapientem posse existimari, quod Judaeos Christianissimum amplecti recusantes, suis regnis expulserit, quos ipse in Graecia cupidissime acciperet: quando una hominum frequentia dicitur amplificare regna viderentur. Nec multum ad Rempub. referre, si coloni inter religionis dissentientem, modo quisque ad commune usque finium juris, honestique moris officium tuendum, colendamque justitiam summi Dei rerum omnium opificis nomen adorare: qua una in ipso Mahometum cum Judaeis, & Christianis praclare consentire crederentur. Jovius in Consalvo.

Piis hominibus.

JUDAS Iscariotes unguentum, quo perfunditur Dominus, perditionem vocat. Ut quid perditio haec facta est? inquit. Poterat unguentum istud venundari plus quam trecentis denariis, & dari pauperibus. Marul. lib. 5. cap. 1.

Melitenses pendentes videntes de manu PAULI ad ignem astantis viperam, scelestum hominem esse judicant, quem ex mari servatum fata vivere non finerent. At cum is excussa in ignem bestia nihil mali passus esset mutati proinus, Deum esse dicebant. Apor. 28.

MACHETES Abbas in Aegypto (sicut a Joanne Cassiano traditum est) fratres incutere solebat, quod uvam in faucibus tumerent tolerare non possent, sed praeciderent: quod in cellulis factum haberent: quod fecularibus hominibus oleum pro medicamento consecraret. Duo prima ad impatientiam referrebat doloris, & paupertatis: tertium quendam arrogantiam, C virtutisque ostentationem praeferebat, & abbat. At vero quod in aliis reprehenderat, mox ipse egit inivitus. Nam in morbum uvae incidens, & praedolore eam praecidi non solum passus est, sed rogavit. Deinde corpore ex valetudine frigiditate sagum admittit. Postremo secularium hominum molestiis victus, oleum benedixit, Et confessus est, fuopie jam exemplo se didicisse, monachum in quoslibet judicaverit, ipsum in eo lapsurum vel nolentem. Veram enim esse Domini sententiam, dicentis: In quo judicio judicaveritis, judicabimini. Nam si nosmetipsos (ut Apostolus inquit) judicarem, non utique judicarem. Marul. lib. 5. cap. 1.

PER FORTUNATUM Tuderitane civitatis Episcopum demon ab homine expulsum peregrini formam assumptis, & cum clamore incedens passim querebat, quod Fortunatus Episcopus (qui ab omnibus hospitalis, ac pius existimatur) se ab hospitio suo cum injuria exturbasset. Hunc quidam, malignis rumoribus nimis credulus, ac simul ut se munificentiorum Episcopo ostenderet, domi suae cepit. Sed dum una cum illo ad ignem sedens (frigus enim erat) Fortunato licentius detraheret, animam virginitatem suam nupquam comparere, & D filium parvulum vertiginose volutatu in prunas praecipitati vidit. Marul. lib. 5. cap. 1.

SECTARIIS IMPIIS.

Apud Mahumetanos secta est eorum, qui Elaudet, hoc est Trunci appellantur: & vilissimo habitu Africanum circumvent, stellas unum Deum esse afferentes, & nullam legem, neque fidem eronant: cuius enim adorare licere, quod sibi videatur. Horum unum in foro Alcairi se palam cum primaria femina e balneo egressa congressi vidisse Joannes Leo. l. 3. c. 42. Africae affirmat: omnes modo accurrisse, & vestes mulieris tanquam sacrosanctas manibus tergisse. Maritum, cognito facinore, Deum benedixisse, solennique convivio, & elemosynis gaudium suum testatum, qui dignus habitus esset, cuius uxorem Propheta simulato concubitu divinis replet charitatis.

Legatis.

AMMONIATOR Rex HANON, Davidis Regis Legatis ad se de obitu patris sui consolandum missis: obiecto quod terram suam exploratum venissent, partem barbe abradi fecit, vestes L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

que ad nates usque succidi, & hac ignominia affectos abire iussit. Perversa hac de amico suspicione in suam abreptus pernicem, E pro barbibus ratis capitis diadema amittit: pro succidis vestibus, regnum. Marul. lib. 5. c. 1. & Sab. l. 10. c. 2. & 2. Sam. l. 10.

Philosophis.

EPICURI libro, cujus index erat, & sic ut in principio, & cujus Laertius quoque meminit, cum plurimum tribuere Epicurei, atque cum imprimis suspicerent non humano ingenio sed divino confectum, ac de caelo de lapsum ostendere ipsum volentes diomoni appellabant. Cicer. in 1. Nat. Deor. coelestem dixit At Epicureo ad veritatem contemnebant eos, qui tantopere admirarentur id opus, tanque grandi nomine appellarent; ut Plutarchus in commentario adversus Coloten Epicureum. Vit. l. 19. Var. LeB. c. 16.

Mendicis.

D. FRANCISCUS dum iter ageret, incidit in hominem, cujus vestimenta ditino usu detrita, vix pudenda corporis operuerant, & nuditatem ejus dolens sustulit, suspiravit, ingemuit. Frater vero qui illum comitabatur: Quid, inquit, ita tristis, pater? est hic indumentis eget, forsitan abundat concupiscentis. Tunc Franciscus iussit proinus, ut ille sua fe tunica exuens pauperem tegetet: & quia de ipso perperam opinatus fuerat, ab eodem veniam rogaret: ac tandem diceret, nefas esse, miserorum mores fuggillare, indignitatem negligere. Marul. l. 1. c. 2.

Infantibus.

HENRICUS Goritiae Comes, muliere corruptor, filios imberbes noctu vinum respuentes, spurios esse suspicatus est. Aeneas Sylvius de Europa, c. 20.

JUDICIA BELLICA STULTITIA IN JUDICANDO BELLICA.

Qui Stratagematum locos evolvet, sexcenta hujus generis exempla reperiat. Stratagemate uti, prudentis est Imperatoris: eodem vinci, stulti, & aliter quam deberet de hostium conatu judicantis. Iphicrates certe interrogatus, Cur absente hoste castra vallo cingeret? Turpissimam in Imperatore vocem esse respondit. Non putarum: eoque magis, quoniam in bello his peccare non liceret. Qui vult locos percurrere, poterit, ne eadem saepe repetere cogamur. Reliqui exemplorum Scriptores Titulum habent, Error in bello quantum possit, quidem est plane cum praesenti.

DE REBUS SUIS, ET SUORUM, DUCIS, Militum, Sociorum, Auxiliarium. Urtupa de VICTORIA ADIPISCENDA.

CONFIDENTIA victoriae nimia.

Consule Tit. Confidentia victoriae. Illic Perturbatio, dicitur rationis perturbatae ratio habetur.

Perfa Atheniensium opes contemnebant, cum in Marathonem irrumperent, Parium marmor, ac si hostem jam vicissent, trophaei erigendi causa, Ramuntem usque deportandum curarant. Ceterum Nemesis iram afflicta ad Marathonem Persis, Phidias ex eo marmore Nemesis signum fecit. Paul. in Atticis.

Heruli Italia pulsi ab Ostrogothis, Rege eorum Odoacre cum optimatibus Ravennae caelo, in Pannonias reverti, atque in sedes repetivere. Quas est Longobardi occupaverunt, remanuit tamen in latissima provincia locus, qui reliquias cepit Herulorum. Venerat Rodulphi Herulorum regis germanus negotii causa ad Tantonem regem Longobardorum, & ab illo per benigne acceptus erat. Cum peracto negotio jam redire constitisset: a proceribus Longobardis deductus, iter agebat, qua regis filia demorabatur. Procax puella, cum videret peregrinum hominem honoris gratia a suis deduci proceribus, misit ex suis, qui illum ad colloquium domi invitaret. Ille non gravatus venit. Salute accepta ac reddita, cum staturam hominis pusillam inter suos petulans puella contemneret, & ille ferocius, milititerque nescio quid responderet: orta (ut fit) rixa, a multis opprimuit. Herulorum Rex, gentis suae robur, & exercitationem in armis sciens, missis Alcairis suis, copias illis commisit: ipse alea ludebat. Hominem in specula constituit, qui pugna exitum, & victoriam renunciarer: capitis periculum denunciavit, si fugientes Herulos significaret. tam sibi certus videbatur de suorum victoria. Sed congressi Heruli vincuntur. Speculator exclamavit, Vae tibi infelix Herulia: Rex audiens, Quid est? inquit, fugiunt Heruli? At ille. Non hoc ego, sed tu dististi, Rex. Secuti Longobardi victores, Regem oppresere, & gentem ad intermeconem caeciderunt. Tanto vexillum, & galeam Rodulphi deinceps semper in praetio sibi praeferebat. Crantz. lib. 3. Danie, cap. 2.



**LITTORUS** Valentiniani III. Dux, in spem Gothorum ex Gallia pellendorum erectus, exercitum ad urbem eorum Tolosam adduxit; tantumque Theoderico Regi metum expugnationis iniecit, ut pacem duplex per Episcopos postularit. Quia praefidia virum denegata summo illum praelio provocavit, sperans, se pulsus eo certamine hostibus urbe nullo negotio potiturum. Rapiebatur autem partim a mulatione gloriae (nam cum secundas ab illo partes teneret, rerum illum magnitudine vincere contendeat) partim etiam insita quadam animi temeritate, quia aruspicum responis, & demonum significationibus, non Dei ope fidebat. Itaque pugna cupidè magis quam prudenter commissa, infelicem exitum habuit: siquidem magna parte suorum amissa ipse etiam in potestatem hostis concessit; ac captivus, & vincus in eam urbem ductus est, in quam se victorem & triumphantem inituros speravit. Hostium tamen haud inveniunt victoria fuit, ut nisi captus Dux fuisset, dubitandum fuerit, ab utra parte statuta victoria fuerit. Hanc cladem, Ducis ac Romanorum superbia Deum immisisse contendit Salyanus Massiliensis per hoc tempus Episcopus. *Signo. lib. 12. Imp. occid.*

**VIRGUS** Gothorum Rex, ann. 537. cum universo exercitu equitum, pedumque centum quinquaginta millibus iter Romanam intendit, tanta urbis potiundae fiducia, ut obvios rogaret. Num Belisarius Romae deprehensus esset? neque enim illum se expectatum putabat. Ceterum frustra in annum intercurram data obfidione majoribus acceptis, quam illis cladiibus, in timorem Ravennae amittendae adductus: castris omnibus (sena enim fecerat) incensis, abiit. *Signo. lib. 18. Imp. occid.*

Contra **OTHONEM** I. Caesarem conspiraverant Henricus F. Gislebertus Lotharingi Dux, fororius, & Everhardus Comes, Conradi I. Caesaris frater. Unusquisque horum ad regnum aspirabat. Everhardus cum uxorem in gremio haberet: Gaude nunc, inquit, in sinu comitis: mox gavilura in complexu Regis. Ceterum non procul a Brisaco, ab Othonianis in taberna, dum corpus curat, interfectus est. *Cranz. lib. 3. Sax. c. 19.*

Cum Parmam urbem **FRIDERICUS** II. maximo exercitu obfideret, castra fossa, valloque munissima in urbem adificare constituit, ut Parena funditus diruta, hæc in ejus locum succederet: nomenque novae urbi Victoriam indidit, & tutelarem sanctum martyrem in castra basilica cathedræ constituit, Victoriosque in ea urbe nummos cudit. Gestum est postea per duos ferme annos bellum atrox, variumque, & Lombardiam, ac omnium Italicæ provinciarum omnibus, quas per Italiam partium Gibellinæ, & Guelficæ habes infecerat, auxilia non magis militum, quam pecuniarum contribuentibus. Et fuit urbs Victoria vario gentium, & rerum inusitatarum commercio, ac multitudine frequentata, quod per singulos ferè dies ex Africa, Asia, Aegypto homines confluerent. Ceterum cum urbem paulo post sine dedenda obfideret Imperator, ab obfessis ex improviso erumpentibus capta urbs, solo adaequata est. Imp. vi. effugiens, suppellectilem preciosissimam perdidit. *Cranz. lib. 8. Sax. cap. 13. & 14.*

**CAROLUS** IV. imperante, magna manus nobilium cum Bremensibus caesa est à Rulfringis Frisonibus in Blexen. Mauricius administrator Bremensis, Gerardus Christianus, Conradus, Comes de Aldenburg, cum septingentis armatis ibi occiderunt. Capitaneus terræ Blexen, pollicebatur se terram hostilem in eorum potestatem daturum, si modò ditione sui parceretur. At remeuntur Nobiles: & licet in itinere auxilia plurima illis adessent, expectare noluerunt. Divisæ erant copiae, medio flumine interfuerunt, ideo facilius oppressi fuerunt. Vix evasit unus, qui factum nunciaret. Auro instructi erant nobiles illi, cum pretiosa quæque ex præda coemere constitissent à D. gregariis militibus. *Cranz. lib. 10. cap. 26. Metrop.*

**HUBBAS**, & Hungar, Gadani Danorum Regis fratres, in Scoticam cum classe profecti erant. Pictorum excidium ulturi. Scoti, Constantini Regis auspiciis, Hubban à fratre se junctum praelio superaverant. Eo successu elati, duos insequutos dies choreis & tripudiis consumpsit, tanta insolentia, ut inter se palam de præda dividenda contenderent, fortibusque disquerent. An Danorum duces extemplo post partam victoriam forent necandi, an vivi reservandi ad ludibrium? Super his tanta fuit controversia, aliis alia asserentibus, ut juniores cum majoribus natu ad gravissimas contumelias descenderint: his ætatis prerogativam ostentantibus, illis jaçantibus labores & pericula in praelio subeunda. De captivis quinetiam, de pecunia, armis hostium, exuvisque dividendis multi, ac varii sermones habiti, ac de instruenda acie, de hoste superando profus nulli. Praelio iterum commisso: Hungar magna strage Scotos vicit, Constantinum captum securi percussit. *H. Boet. lib. 10.*

**EDUARDUS** II. Anglorum Rex, exercitus eorum triginta Scotorum millia Roberto Brusio Duce, ad fl. Bannasborn, aggressus, victoria spe tumidus, cum proceribus consulente capite, quo suppliciter genere Robertum esse affecturum: sed & Carmentanum monachum maximo stipendio conduxit, qui victoriam Anglorum, & Scotiæ excidium decantaret, qui victoriam strage, vix scapha effugit. Monachus cum in manus vivus venisset, justo Roberti, stylo converso, Scotorum victoriam carne posteritati prodidit, barbaro quidem illo, sed illi sculo haudquaquam contemendo. *H. Boet. lib. 14.*

ROBORE SUORUM.

**XERXES** à CCC. Lacedæmonis ad Thermophilas vexatus, cum vix eos confecerit, hoc se deceptum agebat, quod multos quidem homines haberet, viros autem disciplinæ tenaces nullos. *Front. lib. 4. cap. 2.*

PERFIDIA SUORUM.

**ADELBERTO** Eporediæ Marchione mortuo, duobus filiis Berengario, & Ancario relictis, Ermengarda secunda uxor Adelberti Tuscæ Marchionis, & Berta filia, cum mariti fidem invidiosè ad ministraret: favore principum Italicorum muliebribus illecebris sibi conciliato, tantas opes quasiverat, ut etiam Rodulfo Burgundo Italici regnum eripere cogitaret, neque cogitationem eventus fessellit. Siquidem an. 924. Papiam, firmam contra militum manu, quippe Hungarorum bello attritam, adorta occupavit. Eare permotus Rodulfus Verona statim accurrit, atque Lambertus Archiepiscopus adjuvante exercitu, ac castra quinq; millibus passuum ab urbe ad Padam, & Ticinam confluentem locavit. Dum urbs lenta obfidione urgetur, Ermengarda Regem nuncio per fluvium missa admonuit, se, si perire eum voluisset, jam pridem potuisse: in eis enim cum locis sedere, in quibus captus jam pridem esset, si amicum ejus consiliis parvisset, qui eum delectare & ad se transire disciperent. His Rodulfus verba exterius, remisio nuncio gratias egit, & se acturum quod illa vellet ostendit: ac cœcubina nocte, imprudentibus suis omnibus, lecto strato in tentorio relicto, parato lintre ad eam se devchi iussit. Prima luce principes, ut soliti erant, ad Regis tabernaculum convenerunt, quod magno silentio à militibus servabatur: & cum aliquantulum expectassent, mirati, quod illa hora somnum caperet, consulto strepitum ad eam excitandum ediderunt, eumque ne ita quidem quicquam proficerent, ipsum tentorium inierunt, & nemine ibi reperito, raptum alii, alii occisum extulimurum. Dum autem inerti sententiæ fluctant, allatus est nunciis, Rodulfum apud hostes versari, & acceptentiam in suos impressionem moliri. Quare perculli principes, extemplo se inde proriperunt, ac Mediolanum, ut tutum in locum, se contulerunt, & Hugonem comitem Arelatensem ad occupandam Italiam invitarunt. *Signo. lib. 6. Regni Ital.*

FUGA SUORUM.

**BELISARIUS**, subsidio Romanis à Totila obfessis veniens, pontem Tiberi impositum à Gothis resciderat. Ponte inflammato, jam aditus in urbem erat patefactus, cum rumor ad Portus oppidum perferretur, Belisarium Gothos superasse, & catenam in flumine recidisse, & pontem cum turri succendisse. Quo permotus Isaacus, ne tanta expertis victoriae effectis prelo Belisarii imperio (qui cum illic consisteret iusserat, ut haberet, quo ab hostibus forte pressus refugeret) in alteram ripam cum equitibus centum trajiceret, & ad hostium castra profectus, Rodericum Ducem, & Gothos repente adortus, sic exterius, ut castra reliquerent. Qui mox animo collecto reversi, Romanos prædæ colligendæ intentos invaserunt, ac pluribus caesis Isaacem cum paucis vivum ceperunt. Hac re audita Belisarius confusus, ac Portum unâ cum uxore Antonino in potestatem venisse hostium credens, tanto dolore affectus est, ut ne hîcere quidem posset. Itaque exercitum protinus rediit, atque ad Portum ire contendit, ut hostes imparatos opprimeret, & locum recuperaret, quem amissum putarat. Ubi verò se opinione deceptum tantam victoriæ amissæ occasione cognovit, gravi repente febri oppressus est, quæ illum diuturnitate sua usque ad eum maceravit, ut ad mortis quoque discrimen adduxerit. Nec multo post Totilas prodicione Maurorum militum Romam cepit. *Signo. lib. 19. Imp. occid. ex Procopio.*

DE REBUS HOSTIUM.

**Consule Tit. Securitatem, Adaciam, vel Timiditatem be-** *stimitate, & similes alios. Nam in his cum due sint persone, Agens & Patiens: Agens respectu ad Stratagemata, respectu Patientis, qui dolatur, ad hunc locum pertinet.*

DE TRANSUGIS.

Gabinus in Italia se, & sua perdidit, dum stultè nimis tyranni, & hostis filio credent. Nudavit Sextus Tarquinius, ut transfuga, & patri iratus scada verberibus terga Gabinis, pro concione: sed callidum consilium prestitit, quod latebat sub pedore. Ex hoste igitur Imperator est factus, & qui præfidio & salutis futurus credebatur, excidium fuit Gabinis, & exitio. *Sub lib. 4. cap. 9. & lib. 10. cap. 2.*

DE TIMIDITATE.

**Consule Tit. Hostis contemptus. Item, confidentia** *victoria nimia in procedent.*

**XERXES**, cum numerosissimum contra Græcos exercitum duxisset, Demaratum Arifionis F. Spartano exulem interrogavit: Num quis Atheniensium, aut Lacedæmoniorum contra se exercitum ducturus videretur? Demarat autem id affirmante, à Xerxe iustus fuit. Verum non multo post Xerxes contempti hostis penas dedit, turpi fuga sibi consulere coactus. *Herod. lib. 7.*

**CONRADUS** I. Imp. contra Henricum Saxon. Ducem movens cum urbi Eresburg, appropinquare, id unum se veteri dixit, ne hostis sui copiam aperto Marte faceret, sed in urbibus obfidionem expectaret. Vix dum verbum profulerat, cum Saxones occurrunt tanto cum impetu, ut vulgo admirabundi dicerent, Ubinam infernus ille esset, qui tantam hominum multitudinem recepturus esset. *Cranz. lib. 3. Sax. cap. 1.*

DE CLAMORE.

**ARNULFUS**, Germanorum Rex, an. 896. ubi Romanos imperium suum detrectans cognovit, ita percitus Urbem oppugnavit: neque per aliquot dies Romanis strenuè se tuentibus quidquam profecit. Ceterum, dum Urbs variis frustra peremptum conatibus sumptis obfideretur, oblata est egregia, præter opinionem, ipsius occupandæ fortuna. Lepusculus forte inaudito exercitus clamore perterritus ad Urbem fugit, eumque militaris quasi ludi causa militum manus avidè insequi cepit. Quod ubi rationes videns Romanæ, re ignota universis se peti viribus arbitrate, metu repente de muris se proeiecerunt. Hac re conspecta Germani locum sibi datum agrediendi Urbis rati, subito farcinis muris admoverunt, eisque ad justam altitudinem coacervatis, extemplo alii muros conscenderunt, alii portam ariete perfrægerunt: atque Urbem defensorum inanem ingressi, ut Transiberini se dedere fecerunt. Sic Arnulfus Urbe primus per vim post Gothicam tempestatem potitus est. *Sig. lib. 6. regni Italici.*

**HOLSTATI** Comes, **HENRICUS** in Stormaria, & **JOANN.** in Vagria presidentes, Diethamiam suum imperio, à quo subtrahata esset, subicere volebant. Populus libertatem defendens, Bremensis Ecclesiæ Archiepiscopus invocabat, cujus se ditioni subesse affirmabat. Accepit Gislebertus Archiepiscopus D. populi confessionem: & misit belli gerendi peritos, qui populum in ordinem dirigerent. Comes terram hostilem pleni fiducia petentes, leporem viderunt per viam transfverso itinere discurrere: & sublato venatico clamore, bestiolam exagitarunt. Holstati, qui in postremo erant agmine, ab hostium incursum exercitum clamorem arbitrati, fugam primi inierunt. Hostes interim turbatum invasere exercitum. Cæsis, captivæ plurimis major fuit numerus fuga consuluit. ann. 1289. *Cranz. lib. 8. Sax. cap. 33.*

DE GESTIBUS.

**EDUARDUS** II. Anglorum exercitum CLM. ad annem Bannasborn, contra Robertum Brusium Scotorum Regem ducebat. Angli Scotorum paucitate contempta (nam XXX. non excedebant) solo conspectu se hostes in fugam versuros credebant. Quo opinio forte quadam aucta est. Robertus etenim, cum omnes pariter pedes, equitibus relictis equis (ut æquato periculo invicem magis fidentes cohærenter) pedes pugnare iussit, procedens ante signa Mauricius Abbas, arrepta duabus manibus cruce, ostentanteque eam militibus, ut in *L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.*

eoque solo confiderent, ad pugnam eduxit: ubi aliquantulum adhuc acies utrinque abessent, Deo sese cunctos in terram profstratos commendare mandavit. Quod ubi hostes videre, deditionem eos supplices facere clamaverunt universi. Sed mox ubi confluentes maximo impetu sibi instare videre, in fugam repente sunt versi. *H. Boet. l. 4.*

*Vide multa in loco PUTARE, qui præsent Argumentum illustrant. Cum pleræque ex illis, quæ ibi adducuntur, stultitiam aliquam in optando, aut eventum expectando adjuvantiæ habeant.*

\* Stupiditas.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

**STUPIDITATEM** definit Theophrastus in Charact. Ethicis, quod sit animi tarditas, seu dicendum, seu faciendum sit aliquid: Stupidus verò is est, qui sedens ad calculos postquam rationes putavit, & summam subduxit, rogat eum, qui sibi affidet, Summa quæ est? Ac cum eum licet aliquis intenderit, ubi ad diem illum ventum est, quo disceptari causa debet, ejus oblitus in agrum proficitur. Sæpe etiam sedens in theatro ad spectandum, discendentibus aliis somno obrutus ibi relinquitur: quippe qui se ad multam noctem cibis ingurgitavit: ac tandem sede sua exurgens: in canem vicini incidit, à quo mordetur.

Deducitur à stupore, qui est alienatio quadam sensuum: quam videntur etiam sentire stupidi, dum ad quid vis agendum ita sunt legnes & tardi, ac si consiliatos haberent sensus, & intellectum. Græcis stupidus ἀσύνετος, ἀσύνετος appellatur, & quandoque pro stupefacto, quandoque pro stulto usurpatur.

*Pete plura ex loco de Ingenio, & Industria Græc.*

Stupor.

*Vide Ecstasis.*

\* Stuprum.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

**STUPRUM** accipitur aliquando pro omni coitu lege prohibito. *L. inter liberos & de adultis:* aliquando pro coitu cum virgine, aut vidua. *Patet ead. L. ac proprie dicitur de violata virginis corruptioneque Græcis ὀφθαλμὸς, id est, corruptio, unde proprie stupratores, & corruptores virginum sunt, qui vim inferunt, & ita propria ratio stupri in hoc consistit, quod virginitati, seu claustrum virginali vim inferatur: unde super fornicationem addit injuriam in puellam, quæ per vim integritas corporis ei admittitur. Atque hinc differat raptus, quod hic fieri possit sine corruptione.*

**STUPRI PœNÆ A DEO INFLECTÆ.**

Stupri varias penas. *Vide Loc. de Fornicat. Adulterio, Libidine, &c.* Quibus omnibus pauca hæc adijcimus.

EX S. SCRIPTURA.

**PHARAO**, cum Saram uxorem Abrahami, (sorum enim esse illius credens) matrimonio sibi copulasset, magnis cladiibus à Deo fuit affectus, donec cum Abrahamo reddidit. *Gen. 12.*

**Abimelech** Gerarorum Rex, cum Saram Abrahami uxorem rapuisset, Domini manum vindicem expertus est: ita ut tota ejus familia sterilis fieret reddita, quoad Saram Abrahamo cum numeribus restituit. *Gen. 20.*

HISTORICA.

Post mortem **EDELBERTI** Regis Argolorum, cum missus ejus Eadbaldu regni gubernacula suscepisset, magno tenellis ad huc ibi Ecclesiæ crementis detrimento fuit. Siquidem non solum Christi fidem recipere noluisset, sed & fornicatione pollutus est tali, qualem nec inter gentes audiam Apostolus testatur, ita ut uxorem patris haberet. Quo utroque scelere occasione dedit, ad priorem vomitum revertendi vis, qui sub imperio sui parentis, vel favore, vel timore regio fidei, & castimonie jura suscepserat. Nec superne flagella distinctionis perdidit Regi castigando, vel corrigendo desistere. Nam crebra mentis vesania, & spiritus immundi invasione premebatur. *Bed. lib. 2. Hist. Ecclesiæ Angl. cap. 5.*

Cum tempore **ALEXANDRI** Papæ II. incestuosorum numerus increbresceret, iidemque contumaces, & contemptores exco-